

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symma Totius Theologiæ S. Thomæ Aquinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum plures sacerdotes simul possint eamdem hostiam consecrare? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

poris mystici, non referuantur Episcopo: sicut consecratio huius sacramenti. Ad Episcopum verò pertinet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus ea, ex quibus possunt proprijs officijs vti. Et quia benedictio chrismatis & olei sancti, & olei infirmorum, & aliorum, quæ consecrantur (puta, altaris, Ecclesiæ, vestium, & vasorum) præstat quamdam idoneitatem ad sacramenta perficienda, quæ pertinent ad officium sacerdotum: ideo tales consecrationes Episcopo referuantur, tamquam principi totius ecclesiastici ordinis.

ARTIC. II.

Vtrum plures sacerdotes possint unam & eamdem hostiam consecrare?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod plures sacerdotes non possint unam & eamdem hostiam consecrare. Dicatum est enim * supra, quod plures non possunt simul vnum baptizare. Sed non minor vis est sacerdotis cōsecrantis, quam hominis baptizantis. Ergo etiam non possunt simul plures unam hostiam consecrare.

¶ 2 Præterea, Quod porest fieri per vnum, superfluè fit per multos. In sacramentis autem nihil debet esse superfluum. Cum ergo unus sufficiat ad consecrandum, videtur quod plures non possint unam hostiam consecrare.

¶ 3 Præterea, Sicut dicit Aug. super Ioan. *tract. 26.* sacramentum est sacramentum unitatis. Sed contra *in Ioan.* unitati esse videtur, multitudo. Ergo non videatur conueniens esse huic sacramento, quod plures sacerdotes eamdem hostiam consecrent.

S E D contra est, quod secundum consuetudinem quarumdam Ecclesiarum, sacerdotes, cum de novo ordinantur, concelebrant Episcopo ordinanti.

RESPONDEO dicendum, quod (sicut dictū est*) Sacerdos cum ordinatur, constituitur in gradu eorū, qui à Domino acceperunt potestatē consecrandi in eçna. Et ideo secundum consuetudinem quarumdam

495
4. dis. 13.
q. 1. ar. 2.
q. 2.
q. 67. ar. 6

D d 2 Eccl-

ar. præc.

Ecclesiariū, sicut Apostoli Christo cœnanti concœna-
uerunt, ita noui ordinati, episcopo ordinati concele-
brat. Nec propter hoc iteratur cōsecratio super eam-
dem hostiam: quia sicut Innoc. III. * dicit, Omnia
intentio debet ferri ad idem instans consecrationis.

*Si. 4. de sa-
cerb. alta.
myſt. c. 25
cir. med.*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non le-
gitur simul baptizasse cum Apollinis, quando iniun-
xit eis officium baptizandi. Et ideo non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, quod si quilibet sacer-
dotum operaretur in virtute propria, superfluerent
alii celebrantes, uno sufficierent celebrante. Sed quia
sacerdos non consecrat, nisi in persona Christi; mul-
ti autem sunt unum in Christo: ideo non refert utrum
per unum, aut per multos hoc sacramentum consecre-
tur; nisi quod oportet ritum Ecclesiae seruari.

Ad tertium dicendum, quod Eucharistia est sacra-
mentum unitatis ecclesiastice, quæ attenditur secun-
dum hoc, quod multi sunt unum in Christo.

ARTIC. III.

*Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum
ad sacerdotem?*

496
*4. dif. 11.
q. 2. a. 1.
q. 1. ad 3.
Q. d. 13.
q. 1. ar. 3.
q. 1. Q. 2.
ut habe-
tur in e-
ius legen-
da.*

A D tertium sic proceditur. Videtur, quod non
pertineat solum ad sacerdotem dispensatio hu-
ius sacramenti. Sanguis enim Christi non minus per-
tinet ad hoc sacramentum, quam corpus. Sed sanguis
Christi dispensatur per diaconos: unde & B. Lauren-
tius dixit * B. Sixto, Experiens utrum idoneum ministrum
elegerit, cui commissari Dominici sanguinis dispen-
sationem. Ergo & pari ratione dispensatio corporis
Christi non pertinet ad solos sacerdotes.

¶ 2 Præterea, Sacerdotes constituuntur ministri
sacramentorum. Sed hoc sacramentum perficitur in
consecratione materie, non in usu, ad quem perti-
net dispensatio. Ergo videtur, quod non pertineat ad
sacerdotem corpus Domini dispensare.

*c. 3. p. 1.
Q. c. 4.*

¶ 3 Præterea, Dion. * dicit in lib. eccl. hier. q.
hoc sacramentum habet perfectiuam virtutem, sicut
& christina. Sed signare chrismate baptizatos, non
pertinet ad sacerdotem.